UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Verbum vulneratum. Liber vitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

tam gloriâ in throno Maieſtatis ſuæ, vt in throno igno-
miniæ & Crucis vulneratum, & dices cum Propheta: *Iſa.c.53.*
Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum,
virum dolorum. Nouiſſimus virorum, hoc eſt, abiectiſ-
ſimus & viliſſimus, alii legunt, *Ceſſatio virorum*: nam
eius commercium & conuerſationem fugiebant. *Qui*
videbant me foris, fugerunt à me. Et deſitio virorum: *Pſal. 30, ex Hebr.*
quia erat *vltimum quod ſit*, in quo poteſt homo vilis
fieri, & ſi vlterius progrederetur, *deſineret eſſe homo.*
Virum dolorum, aut vt alii legunt, *Homo in plaga exi-* *Septuag.*
ſtens: Multitudo namque aliorum vulnerum, quæ Cor-
pus Chriſti operiebant vnum credebatur vulnus.

3. Iuſti animam decet ſolo vulnerum Chriſti deſide-
rio teneri. Illinc enim vnicum & ſolum inuenit reme-
dium ſuarum ærumnarum, in illis ſola gloriæ ſpes. *Du-*
plici titulo (aſſerebat S. Bernardus) Chriſto debetur Glo-
ria, *& titulo hæreditario, & titulo meritorio*, idque me-
rito plagarum: *altero contentus, alterum nobis donauit.*

CONSIDERATIO IX.

VERBVM VULNE-RATVM.

Liber Vitæ.

1. Liber vitæ, in quem prædeſtinati ad gloriam inſcri-
pti ſunt, eſt Chriſtus crucifixus: & quiſquis in hoc
libro repertus non fuerit, non introibit in Regnum bea-
torum. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut* *Apoc.21.*
abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti
ſunt in libro vitæ Agni. Hic liber fuit impreſſus in mon-
te Caluariæ ſub prælo Crucis, typis ſeu tormentis ſcele-
ratorum Iudæorum, cum licentia & permiſſu Superio-
rum. Errata corrige, ſubſtituendo tuos pedes, tuas
manus, & amorem tuum in locum pedum, manuum &
amoris Chriſti, vnico verbo: corrige te imitando Chri-
ſtum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Inſcribuntur in hunc librum illi, quos De-
uidet obtenturos infallibiliter gloriam, propter
mitatem & participationem meritorum vulner
ſti. Et quamuis character huius libri ſit delebi
1.p.q.24. dùm præſentem iuſtitiam: etenim gratia, quæ
quiſita eſt, perdi poteſt; nihilominus conſid
cundùm Dei præſentiam eſt indelebilis: Cogn
que, quâ præuidet Deus, quod homo ille ſaluab
fallibilis eſt, & non poteſt non adimpleri.

Hexa. c. 4. 3. Præter librum vitæ, iudicio D. Baſilij, alius
Ierem. 17. datur liber mortis pro iis; qui nomina ſua terr
munt; *Recedentes à te in terra ſcribentur* Qu
ſi cognoſcere cupis, vtri librorum horum nom
illatum ſit, inſpice, vbi cor tuum demoretur; ſi
tione & affectu Chriſti vulnera inhabitat, iam
men exaratum eſt in libro vitæ; at ſi terram ſp
bro mrotis.

Consideratio X.

CHRISTVS VULNE-RATVS.

Fundamentum meritorum.

EXpende valorem Gratiæ. Cunctæ vitæ pr
ærumnæ, labores omnes abſque Gratia nihil
tur, nihil adiumenti afferunt *ad vitam æternam.*
1. Cor. 11. *ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram*
Rom. 7. *am, quæ reuelabitur in nobis.* Et adiungit S. Bern
Non ſunt condignæ ad præſentem culpam, quæ
ad præſentem conſolationem Gratiæ, quæ imm
futuram Gloriam, quæ promittitur. Ex oppoſito qu
que minima gratiæ vnita actio meretur vitam æ
2. Cor. 4. *Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ*
Gloriæ pondus operatur in nobis.

2. Hanc gratiam nobis per vulnera ſua Chriſtus
Apoc. 5. meruit. *Dignus es, Domine, aperire librum,*